Barsie et signanter vidimus ibi quandam scripturam
per dictam nobilem agnetem positam in pede cuius
descriptio sunt bona dicte herentie dicti Barsie qua
quidem descriptionem insequendo coram dictis
Antonio de nitribus et Jacobo Rossell adhibiti fue
runt certi extimatores qui dicta bona stimarunt
quorum extimationes mandavimus continuari et
inseri in processu coram nobis seu coram dictis cola
toribus nostri mandato facti quas extimationes vidi
mus et diligenter examinavimus. Visa sententia
per dictum vicecancellarium Joannem pages lata
desuper kalendata et per dictum illustrissimum
Regem Sicilie confirmata ubi iusse sunt conde
nationes illorum bonorum dicte hereditatis quas nunc
volumus et intendimus taxare. Visa alia sententia
per dictum Joannem pages sub eodem kalendario
inter dictas partes lata. Et generaliter visis omnibus
processibus et actis productis per utramque ex partibus
et omnibus actitatis coram dicto Joanne pages in
magno processu coram eo facto seu examinato
inter dictas partes et aliis omnibus que videnda
erant et examinanda pro debita liquidatione
examinatione et decisione dicte nostre commissionis
demum visis videndis attentis attendendis
deum pre oculis habentes et sacris sanctis Evan
geliis coram nobis ~~exhibitis~~ positis ac reverenter
inspectis ut de eorum vultu nostrum prodeat iudicium
et oculi mentis nostre cernere valeant quod est